

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

Sánchez, Francisco

Schoppe, Caspar

Perizonius, Jacobus

Franequera, 1687

Cap. XVIII. - De coniunctione

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](#)

Numerandi, *Semel*, *bis*, *deinde*, *deinceps*, *cer-*
ties, &c.

Græci, quas nos vocamus interjectiones, in-
ter adverbia connumerant. mihi sunt soni in-
articulati, & naturales; ideo inter partes ora-
tionis non adnumeravi. Hæc sunt hujusmodi,
Apage! phy! va! papæ! vah! o! oft! ei, hei, eu,
heu. At *at*, *au*, *ß*, *pro*, *prob*, *kakabe*, *euge.*
Adverbis etiam adnumerantur illa, quæ modo
expunxi ex præpositionum numero, juxta
Grammaticorum enumerationem.

Interje-
ctiones.

Vide ca-
pite pro-
ximo su-
periore.

C A P. XVIII.

De Conjunctione.

Conjunctionio non jungit similes casus, ut
ineptè traditur, sed tantum jungit sen-
tentias: nam quum dicis; *Emi equum*
centum aureis, & pluris; syntaxis est, ego emi equum
centum aureis, & ego emi equum
pretio pluris æris. Petrus, & Paulus disputant,
id est, Petrus disputat, & Paulus disputat.
Conjunctionum officia distinguere, veluti di-
ximus de adverbio, Grammatici munus non
est: nam si ad Grammaticam spectes, o-
mnines sunt conjunctiones, etiam si videantur
disjungere; nam qui minus conjungit, dormit, junctio-
aut vigilat, quam dormit, & vigilat? In sensu
multum differt, in grammatica nihil. Eas
tamen explicationis majoris causa in classes
distribuamus.

Copulantes absolute, *Et*, *que*, *nec*, *neque*, *ac*,
etique, *quoque*, *etiam*, *item*, *itemque*.

Copulantes ex conditione, *Quam*, *tum*, *si*,
fin, *nisi*.

Dif-

Utrum,
non est
conjun-
tio.

non sunt
Conjun-
tiones.

Quod,
non est
conjur-
tio.

Adver-
bium,
Præposi-
tio, &
conjun-
tio par-
ticulae in-
declina-
biles.

Disjungentes, *Aut, vel, ve, sive, seu, an,*
nec ne, utrum, sed hoc nomen est.

Adversantes, *At, sed, porro, tamen, tametsi,*
et si, licet, quamquam, quamvis, autem.

Rationes illativæ, *sive colligentes, quas*
Quare, ratio præcedit, Ergo, igitur, ideo, itaque, quo-
*& Qua- circa, proinde, quare, quapropter, sed * hæc duo*
propter nomina potius, qua de re, propter quæ.

Causales, quando causa sequitur, *Nam,*
namque, enim, enimvero, etenim, quia, quoniam,
siquidem, quippe, utpote, propterea quod. Quod
non, ut putant grammatici, conjunctio est,
sed semper est nomen relativum, ubi intelligi-
gitur præpositio.

Declarantes, *ut, uti, velut, veluti, sicut, sic-*
uti, ceu, tanquam.

Sed Grammatico satis est, *ut dixi, si tres*
has partes posteriores vocet particulæ indecli-
nabiles, & functus erit officio perfecti Gram-
matici. Atque hæc de natura sex partium ora-
tionis, nunc ad illarum constructiones acce-
damus.

LIBER

* *Hac duo Nomina potius &c.]* Nomina etiam sunt ergo,
quod est Græcum ἔγγονος, sicut alibi Sanctius & Scipio
ostenderunt; *idem*, quod constat duobus Nominibus, sicut
in *quocircum* Nomine & Adverbio, *quamvis* Nomine & Verbo.